

monio suo scilicet in oppido Isenberg constituit bonis vel possessionibus, quas ad hoc designavit in suo privilegio nominatior expressit, quod privilegium pro habundantiori cautela et manifestiori rerum evidentia huic pagine per ordinem duximus inserendum. (*Folgt die Urkunde 187.*)

Hoc quoque necessarium duximus commemorare, quod, cum venerabilis dominus 5 Engelhardus Nuenburgensis ecclesie episcopus sub obsequio crucifixi trans mare profecturus vices suas nobis plenarie commisisset et nos ex officii debito synodum in Nuenburch celebrarem VII. id. octobris, Herboldus sacerdos provisor eiusdem novelle plantationis surrexit et prefatum privilegium cum litteris prefati marchionis obnixè rogantis, ut debito officii nostri et sue petitionis intuitu, que dicto monasterio<sup>a)</sup> contulit, sicut 10 in ipso privilegio expresse sunt, pontificali autoritate confirmare vellemus. Eodemque privilegio ad nutum nostrum in publico recitato nos de unanimi assensu totius synodi omnia bona et possessiones, que ibi expressa sunt, autoritate, qua fungimur, prefato cenobio in perpetuum confirmamus sub excommunicationis sententia prohibentes, ne quis ea temere usurpare, quoquo modo invadere presumat. Ut autem hec confirmatio rata in 15 perpetuum et inconvulsa permaneat, presentem cautionis paginam inde conscriptam sigilli nostri impressione fecimus communiri. Quecunque ergo spiritualis secularisve persona eadem bona ausu temerario invadere vel quoquo modo usurpare presumserit, omnipotentis dei iudicio reum se esse noverit et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius offensam et a nobis latam excommunicationis sententiam se sciat incursum. Sunt autem hec nomina 20 testium, que adfuerunt: Winnemarus abbas Portensis. Guntherus abbas Lubensis. Iohannes abbas sancti Georgi in Nuenburg. Albertus abbas de Pozowia. Albertus abbas de Burgelino. Gerlaeus prepositus maioris ecclesie in Nuenburg. Otto decanus. Hugo de Schidingen. Engelgerus cantor. Burchardus cellarius. Volmarus, Cunradus, Hademarus et reliqui canonici eiusdem maioris ecclesie. Marquardus prepositus sancti Mauricii 25 in Nuenburch. Henricus prepositus de sancto Stephano in Zize. Bertoldus prepositus de Mildenvurde. Bertoldus prepositus de Zuicove. Bertoldus de Hugistorph prepositus. Laici: Manigoldus de Tanrode. Andreas de Grifenberg. Guntherus de Schoninberg. Hatto de Schoninberg. Albertus de Flamingin. Henricus de Hokinwalde. Wernerus de Wirchusen et tota sinodus. Datum anno ab incarnatione domini MCCXVII, indictione quinta. 30

242.

*Erzbischof Sigfrid (im Druck fälschlich Friedrich) von Magdeburg ertheilt dem Kloster Heusdorf das Recht, von den erzbischöflichen Ministerialen Besitzungen durch Schenkung, Kauf und Tausch erwerben zu dürfen, bestätigt auch die in gleicher Absicht demselben Kloster vom Landgrafen Ludwig und dem Grafen Sigfrid zu Orlamünde ertheilte Befugniß.* Erfurt, 1217 Okt. 24. 35

*Gedr.: Thuringia sacra 335.*

— — Hanc igitur concessionem nostram, ut cunctis obtineat temporibus firmitatem, presentis privilegii patrocinio communivimus nihilominus autoritate, qua fungimur,

241. a) intuitu dicti monasterii Druck.